



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Emblema II. per figuram Agni refiguratum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

de tunc nouum uirorum, ac mulierum comprobauit. Et Roma Aui-
monem rediens Iesuatorum Ordinem Senis Tusciae ortum suo di-
plomate roborauit. *Platina in eius. vita; Meyerus lib. 13. annal.*
Flandria: Rosieres tomo 5. Stemmatur Lotaringie, & alij.

Emblema II. per figuram Agni refiguratum.

iuxta illud

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioan. 1.



SVMVS Pontifex Christi in terra uicarius, primo
sui Pontificatus anno, & quolibet septennio, con-
secrare solet soleni benedictione, orbiculos quos-
dam cereos, quos à figura impressa uocat, Agnus
Dei, adhibito sacro chrismate, multisque insigni-
bus ceremonijs. Horum autem orbicularum quis
primus auctor fuerit ignoratur. Antiquam tamen esse eorum con-
secrationem ex hoc conijcio, quod ut narrat Gulielmus Durand, in
ration. diuin. offic. li. 6. c. 79. S. Gregorius I. Papa, oleum in eis infun-
di iussit; & Leo Papa III. qui ante octingentos annos uixit eius-
modi orbiculum, seu Agnum Dei, Carolo Magno Imperatori, pro
magno munere miserit, ut testator Andreas Frusius societatis Iesu,
in carmine suo prolixo de Agno Dei, sic inquit;

Ante octingentos ferme, Leo tertius annos,

Optimus exhibitio munere testis adest.

Carolus hoc Magnus, magna pietate recepit,

Thesaurum ut reputans celius esse datum.

Post Leonem III. Cuiusmodi Agnorum Dei memoria quasi de-
pendita, eam renouauit S. Urbanus noster (cuius etiam causa Agni
Dei, ut reuocamus Crucis signum ferentem, brachioq; sinistro inhe-
rentem, gestat) qui primo Pontificatus sui anno (ut aiunt) multos
cereos orbiculos benedixit, & consecrauit, multa precatus à Deo
concedi illis qui animo deuoto hos Agnos Dei consecratos penes
se haberent, aut eis uterentur terra, mariue; nonnullosque Con-
stantinopolitano Imperatori Ioanni transmittens, sic eum inter cæ-
tera affatur.

*Balsamus, & Cera munda, cum Chrismatis ruda
Constituunt Agnum, quod munus do tibi magnum,*

Fonte

*Fonte velut natus per mystica sanctificatus,
 Fulgura desursum pellit, & omne malignum.
 Portantem mundè, saluat de fluctibus undæ;
 Pregnans seruat, siue ira partus liberatur;
 Peccatum frangit, vt Christi sanguis, & angit;
 Dona defert dignis, virtutem destruit ignis;
 Morte repentina saluat, Sathanaq; ruina;
 Si quis honorat eum, retinebit ab hoste trophæum,
 Pars valet, ac minima, quantum valet integra tota.*

Quanta ergo deuotione, & reuerentia hi orbiculi summi Pasto-
 ris benedictione consecrati, portari debeant, ex præfatis ver-
 bis clare intelligimus, Sed hoc calamitate, propter eorum multi-
 tudinem nimiam ita uiluerunt apud quosdam, qui sancta sancti-
 tractare nesciunt, ut potius ad ostentationem, quod scilicet aurum,
 argento, vel cristallo inclusi sint, quam ad pietatem gerantur. Quod
 ipsum deploramus idem R. P. Frusius in eodem poemate supradic-
 to, sic statim sequitur:

*Urbanus Quintus similem post consecrat Agnum,
 Quem Bisantinus ferre Monarcha cupit.
 Excipitur populi occursu cum supplice pompa,
 Atque triumphantis mœnia more subit.
 Rarius ergo fuit donum, vt preciosius esset,
 Diuinum, plus quam Pontificale quod est.
 Ab nimia id deinceps uilescere copia fecit,
 Vulgare, ac leue fit, quod leue uulgus habet.*

Et cætera quæ sequuntur. Scripsisse fertur nonnulla erat enim
 vir egregiæ eruditionis, & DD. Doctor, sed præter nonnulla volu-
 mina epistolarum eius Decretalium, quæ in præfato secretiori ca-
 biculo Bibliothecæ Vaticanæ afferuantur MSS. nihil aliud uidi.